

§. 5. (3) *Objectum* sunt limites communes. Unde
- *Judicium duplex* est & reciprocum, uterque tenetur limites
probare, si affirmet.

Provocans tamen ad iudicium habetur pro *Aitore*.

Si provocatus tantum neget, nihil tenetur probare.

Probantur limites, adhibitis agrimensoribus

1. *Per signa posita*, Marcstein &c.
quæ oculis subjicienda, & per *ichnographiam* repræ-
sentanda.

2. *Per instrumenta & libros antiquos.*

3. *Per testes.*

§. 6. Limiti communi præscripta olim erat latitudo 5. pedum, quæ
præscriptio Valent. Theodos. & Arcadio Imppp. summove-
batur, ut de ulteriori etiam spatio finium regundorum
agere liceret.

§. 7. (4) *Effectus*: Ad quid?

ut *fines regantur* h.e. ad certitudinem redigantur:

ut *portio confusa restituatur*,

ut *interesse præstetur*, ob fines latius habitos,

h.e. *damnum culpa etiam levi commissum* reparetur.

In incerto iudex fines ex æquitate distinguit,
per adjudicationem & condemnationem.

utilitas percepta restituatur.

Fructus à b.f. poss. tantum extantes, nisi post iudicium sint
consumpti.

à m.f. poss. etiam consumpti, restituuntur.

§. 8. (5) *Processus*. Olim tribus arbitraris, post uni, committebatur
causa.

Hodie certis arbitraris & agrimensoribus.

Præscribitur huic actioni *longissimo tempore*, à die finium
confusorum, eò quod etiam in personam detur.